



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Vendens rem bona fide acceptam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Donans rem bona fide acceptam.

Vendens rem bona fide acceptam.

laquies. Quantum debet huic emptori, vel domino
danti totumne pretium, quo, res tibi dono data, vendidisti,
mihi satis fit dari partem? Respondeo, si bona, ut dictum
est, fides vendidisti, medio, vel infimo pretio; totum hoc
debet, quia hoc succedit loco rei domino debite: At si
vendi supremo pretio, vel etiam maiore, id potest eve-
nire ex duplici capite, Lege eisdem q. 6. adde Dicast. lib.
1. ad p. 173. 2. d. 5. dub. 7.

E c 4 gnito

12. Secundum caput, unde tu carius vendere potuisses rem alienam tibi dono datam, est, quia ejusmodi rem in alium locum transfuisti, vel similem non vulgarem diligentiam adhibuisti: & tunc, quia ille excessus est fructus solius tue industriae, potes totum illum tibi attribuerre. Ita ^oMolin. & Layman. apud Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 41.* Verum, quia ad plures rem vendendo non solum valet industria, sed etiam regulariter ipsa substantia rei, quae venditur (quod non est ita in mera negotiatione pecuniae quae ex se sterilis est.) Ideo notat Sanchez, *lib. 2. in Dec. cap. 23. numer. 28.* non totum hunc excessum posse à te retineri, sed solum quantum arbitrio prudentis respondet tuo labori, & industriae: & rectè de Lugo *tom. 1. de just. d. 17. sect. 1. n. 21.* ob hanc rationem docet, tunc, numquam sufficere dare pretium infimum.

Donans pretium rei aliena bona fide vendit.

Respondendo, et dictis, (Lege item Sanchez, *lib. 2. in dec. c. 23. num. 18.*) Nihil Antonius debebit Cafari, quia Antonius in nullo nunc invenitur factus ditior ex Cafaris equo. Rurſus nihil item debet Petrus, quia Petrus nunquam habuit alienum equum, & pecuniam quam dono habuit, accepit ab Antonio domino legitimo illius pecuniæ: qui, ut ſuppono ex mox dicendis, per immiſſionem pretij equi cum ſua pecunia factus eſt dominus illius pretij. Quare, ſicuti licitè quis data à latrone, vel fraudulento lulore potèſt retinere, quia hi ſunt facti domini illius pecuniæ per admiſſionem cum ſuis (ut ſupponimus) nam ſi facile diſcerni poſſet, reſtituenda eſt, ut potèſt res domini, eſto, perſonaliter remaneant obligari ad reſtitutionem: ita multò magis in caſu noſtro, in quo Antonius bona fide illud pretium acquiſiſſit. Et ſicuti in caſu dicto latronis ex probabili ſententia, quam mox §. 4. num. 26. ſine, afferam mihi non imputatur, ſi quando per donationem illam pecuniæ mihi factam, fiat ipſe latro impotens ad dictam reſtitutionem, quando ego eam impotentiam non prævideo, vel etiam ſi prævideam, latronem tamen non induco ad donandum, ſed ſolum acceptor: ita etiam in caſu noſtro, &c.

14. Remanet ergo Franciscus, qui quidem est obligandus ad equum reddendum suo domino, nempe Caesari, etiam cum jactura & pecunia: suo enim intertutio debet ascribere quoddam res aliena, ad quam semper jus habet proprius dominus, apud se extare invenitur, sed certe Antonius, quem nihil debere Caesari diximus, debet tamen Francisco totum pretium reddere in casu, quo idem Franciscus Caesari equum suum reddiderit. Ita Sot. Petr. Navarr. Val. Rebell. Azor. Less. apud Dicaftil. l. c. dub. 8. & num. 150. contra Navarr. qui putat satis esse, si Antonius cedat Francisco actionem, quam habet contra. Caesarem Ratio non dicitur ex radice injustae acceptationis, vel ex radice rei acceptae, quae hic, ut patet in Antonio non adsunt; sed ex contractu quo Antonius Francisco rem vendidit; In hoc enim contractu implicite includitur, ut venditor indemnem reddere debeat emptorem, quoad rem venditam, ut scilicet haec sit vendibilis, & ut ipse venditor possit transferre ejus dominium in emptorem. &c. Sanè eodem modo, si vendidisti bona fide vitrum pro gemma, co-